NICOLAUS DE LYRA

Salzburg/Bayern, 1450

Seite 250r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



maxime in terra illa propter deo. Subditur xx panes ordeaceos ostenditur numerus panum et in aliqui libri habent interpositum et sic et xx panes. Sed licet et non est in hebreo nec de textu et fermentum nominatur in hebreo habetur et granatam fermentum enim non ita cito venit ad maturitatem sicut ordeum et ideo granatum non erat adhuc aptum ut inde fieret panis. Poterat tamen propter ite ille aliquantulum torreri et sic granum excuti per confricationem. Quantum est hic ut apponam coram c. viris. Erat enim valde parui illi panes ita quod unus non sufficeret pro uno homine quod patet ex hoc quod ille homo apportaverat panes illos et granatam in pera personam suam ut dicitur in littera. Qui comederunt et superfuit quia illi panes fuerunt miraculose multiplicati propter meritum helisei. Talis autem multiplicatio potest fieri a deo dupliciter. Uno modo per additionem alicuius materie alio modo sine tali additione quia sic deus de nichilo produxit materiam. Ita de modica materia vel pauca potest facere magnam et multam sic dictum fuit plenius genesis i de formatione mulieris de costa et ioh vi de multiplicatione quinque panum in manibus salvatoris. Quis autem istorum modorum multiplicationis fuit in hoc facto non habetur de scriptura

Naaman Capitulum v.

Naaman princeps militie hic consequenter ponitur miracula helisei coram infidelibus. Et primo circa hoc triplex miraculum secundo in scriptura hystoriam per secundum et tercium. Prima in tres quia primo ponitur miraculum ad naaman gentilis generis quasi omnino secundo ad insidiantium responsioni capitulo vi. tercio ad penitentium consolationem circa medium sexti capituli ibi factum est autem. Adhuc dividitur in tres quia primo naaman destinatur pro curatione destinatur secundo a lepra curatur ibi misitque heliseus. tercio giezi lepra percutitur ibi dixitque giezi. Circa primum dicitur Naaman princeps militie regis syrie erat vir magnus et dicunt enim expositores hebrei quod ipse erat qui per sapientiam et probitatem suam vastavit latrunculos qui multum molestabant regnum syrie. et ideo subditur per illum enim dedit dominus salutem syrie quia interfecto achab syria fuit liberata a tributo quod ei reddebat pro confederatione benadab cum eo ut dicitur supra 3° libro xx capitulo et propter hoc fuit elevatus ad principatum militie erat vir fortis et dives sed leprosus. Ad hoc enim fuit lepra percussus ut per curationem eius mirabilem